Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



174

dicente apto uos enim estis templum dei uiui.
multa nobis uigilanda laborandum est ut cor
dis nri receptaculum tamo hospite non sit indig
num. Et sicut in domibus manu factis laudabili
diligentia puidetur si quid aut infusione im
brium aut turbine procellarum uel ipsa fuerit
antiquitate corrupta in integrum cura restitu
at. ita iugi oportet sollicitudine precaueri ne
quid in nris animis incompositum ne quid
inueniatur in mundum. Quamuis enim edificium
nrm sine ope sui non subsistat artifices nec fa
brica nra esse possit incolomis nisi eiusdem pre
fuerit conditoris. tamen quia racionabiles la
pides sumus et uiua materies. sic nos auctoris
nri erimus manus ut cum opifice suo etiam
is qui reparatur operetur: Gracie igitur dei
obediencia se humana non subtrahat. nec ab
illo bono sine quo non potest bona esse deficiat
ac si quid sibi impossibile aut arduum in
mandatorum effectibus experitur non in se re
maneat sed ad iubentem recurrat. qui ideo dat
preceptum ut exciteet desiderium dicente ppha.
iacta in dm cogitacionem tuam et ipse te enu
triet. An forte quisquam insolenter supbit
et ita se illesum ita immaculatum esse presumit.